

Caspar March

**Programma Quo Universitatis Rostochiensis Rector Caspar March/ D. Med. & Math. Pr. P. Ad coherestandas Exsequias quas ... Catharinae Rahnen/ Coniugi suae desideratissimae Vir ... Martinus Köller/ I.U.D. Hodie ... paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat ... : [P.P. Sub Sigillo Academiae die 14. Iulii Anno 1664.]**

Rostochii: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn77678210X>

Druck    Freier  Zugang



M a r c h , C.

i n

C. R a h n e .

R o s t o c k , 1 6 6 4 .

8.







PROGRAMMA  
Quo  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
RECTOR  
**CASPAR MARCH/ D.**  
Med. & Math. Pr. P.  
*Ad cohonestandas Exsequias*  
quas  
*Honestissima omnique virtutum genere ornatissima*  
**CATHARINÆ**  
**RUGGEN/**  
Conjugi suæ desideratissimæ  
*Vir Amplissimus & Consultissimus*  
**DN. MARTINUS RÖSSLER/ J.U.D.**

*Hodie horâ primâ in Aede Marianâ paratas cupit,*  
Omnes omnium ordinum cives Academicos eâ quâ  
par est humanitate invitat.

*Conventus fiet in Aede Jacobæ, horâ 1. p m.*



ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1664.

# I. N. J. C.

**H**Aut equidem citra egregium Ingenii acumen Sapientes olim *Hominem* dixerunt *Exemplum infirmitatis, prædam Temporis, Fortunæ Ludum, miseria omnigenæ compendium.* His quippe allegoricis appellationibus ingeniose expresserunt fragilem, fugacem, inconstantem satisque miserabilem vitæ humanae conditionem: ast comparari hæc dictorum humanorum acumina nullatenus merentur isti comparationis elegantiæ, quam ex Spiritus S. dictamine Psaltes Regius (Psalm. 103. v. 15.) protulit: *Homo, inquietus, est sicut flos campi.* Neque enim videtur ulla similitudine rectius, pleniusque exprimi posse *Humani generis tum Ortus, tum Praestantia & Utilitas longé maxima, tum juncta simul tantæ excellentiæ post lapsum miserrimum deploranda fragilitas.*

*Ortum Flos omnis, quæ materiale sui principium Terra debet: Productum ex terrâ primitus *Hominem*, ex sacra Creationis historia novimus, quod materiale posteris in universum omnibus inhæret, ut verissimè de unoquoque pronunciaverit Divina veritas: *Terra es & in terram iterum converteris. Productio Florum ex semine minutissimo abjectissimo que mirabilis omnino est, & citra infiniti Opificis concursum neutiquam possibilis: Generationem Hominis attentius qui pensitaverit,**

rit, quis admiratione aut stupore dignam eam non agnoscet? cū ex principiis tam vilissimis & excrementi speciem præ se ferentibus nasci constet tam nobile animal, & vel divinitatis cuiusdam particeps. Est præterea *Floribus* omnibus & singulis sui generis *præstantia* eximia, vel *Elegantiā* præcipue, vel *Uso* simul excellentissimo commendabilis: Est pariter *Humani generis dignitas* in universum nobilissima, & quamvis *utilitate* in publicum aliis præ alio se passim commendet, vel sola tamen *formā* cæteris animantibus longe *excellentiori* omnes & singuli Creatoris sapientissimi luculentissimum exhibent argumentum. *Flores* plerique in vigore aliquandiu permanentes, novum subinde cœlitus alimentum nacti, citra sui dispendium *succum* largiuntur *apibus*, dulcissimi mellis principium; nec apibus solum frugiferis, sed *vespis* etiam & *araneis* suum largissime suppeditant nutrimentum: Sic homines quoque & melioris *præsertim* *indolis*, qui que sentiunt & agnoscunt se bonis quotidie à Deo Ter Optimo quām cumulatissimè ditari, liberalissimè dotes bonaque sua impertiunt aliis, & fere sine discrimine, digni satis an minus, & sive amici sint, sive inimici; cum idem divinitus fieri etiam indignissimis & DEO eheu! inimicis animadvertant. *Flores* denique ut plurimū finem, in quem conditi imprimis ac destinati à Deo sunt, non consequuntur, dum germinant florentque, sed ubi avulsi à stipite & vegetativa orbativitâ, vel torculari  
*subjecti*

*subjecti suorum exhibent conservandæ aut reparandæ sanitati Hominis (cujus gratiâ facta sunt omnia) proficuum; vel exsiccati & comminuti, totâ quasi substantiâ suâ eidem scopo inserviunt: Finis creati Hominis est Gloria Dei; at verò hanc vix quisquam amplificat, dum carnalem vitam vivit, sed ubi à Carne quasi avulso sub Crucis torculari exprimuntur salutares Lacrymæ, & preces devotissimæ, quibus quām maximè delectari ac glorificari Sacro-Sanctum Numen novimus; aut ubi igneis tentationum flammis aliquandiu tostus, totus quasi exaruit: in ista enim summâ animi abjectione, totâ velut substantiâ suâ, quā Corpus & Animam, in holocaustum aliquod Deo sese offerunt consecrantque electi Dei filii.*

*Non minus denique Fragilitas & variabilis fugaxque humana vita conditio ex hac Florum similitudine elucessit. Sunt Floribus stata & non nisi brevissima vigoris sui tempora: sunt & Nato ex muliere Homini vita tempora brevissima, Scripturâ & Experienciâ quotidiana testibus luculentissimis. Variat in horas Florum amplissimus splendor & elegantia: Oriente enim Sole plerique semet expandere, & insitum ornatū omnem ostentare incipiunt, occidente eodem contrahuntur, & quasi flacescendo ponunt nitorem solitum: In Homine parilem experimur inconstantiam. Quoties lætior Fortuna instar amoenissimi Solis ipsum fovet, ac reficit, vah! quām non cristas erigit, suæque felicitatis*

tis splendorem passim diffundendo superbit! Ast ubi  
Nox Crucis & miseriæ imminet, mox animum despon-  
det, flaccescit, & tantum non emoritur, nec Vires fa-  
cile resumit, nisi vivificis Divinæ gratiæ solaminisque  
radiis deinceps fuerit illustratus. Flores multiplicibus  
subjecti casibus, incertæ sunt durationis, variisque mo-  
dis eorum Vigor extinguitur: Modò pedibus conculca-  
tur, modò ardenti Solis æstu exuruntur, modò gran-  
dine, procellis, turbinibusque discutiuntur, aut manu  
sibi violentâ discerpti pereunt subito: Manent & Ho-  
mines Casus innumeri: Sæpe qui singulari splendore  
enicit, mox validiori potentia quasi conculcatur; Ali-  
um ardens exurit Febris, alium Catarrhi Flatusque pe-  
rimunt; quam innumeros violenta manus enecat?  
Uti adeo constet manifestissimè, vix ullam in Naturâ  
rem existere, cum qua *Hominem* rectius pleniusque  
quam cum *Flore* comparare liceat, aut magis expeditat.  
Atque hæc omnino præfari par visum fuit occasione  
sat lugubri oblatâ, dum justa funebria persolvere tene-  
mur elegantissimo quondam Fœminei Sexus Flori,  
multivario tum animi, tum Corporis decore exquisi-  
tissimè nobilitatæ CATHARINÆ RHANIAE, Viri Consultis-  
simi & Excellentissimi Dn. MARTINI CÖLLERI, J. U. D.  
Conjugi eheu! desideratissimæ, cuius Prosapia nō  
bilem, brevem sed piissimam vitam, mortemque pla-  
cidissimam nunc porro juvat exponere.

Nata ea est in hæc celeberrima Musarum sede Rostochiô  
Anno 1639 die 20 Maii hor. 2. matutinâ Parentibus religio-  
ne

ne pietateque Christianâ devotissimis. *Patre*, Nobilissimô, Amplissimô atque Excellentissimô Virô Dn. HENRICO Rhanen. J. U. D. & Professore quondam hujus Universitatis, nec non Ducalis Consistorii Assessore meritissimô: *Matre*; natalibus propriisque virtutum ornamenti clarissimâ, ELISABETHA von der Lippen. Non defuit ergo desideratissimæ, quam lugemus, etiam splendidissimorum Majorum haut adspernenda felicitas. Nacta quippe fuit *Avum Paternum*, Virum Nobil: Amplis, & Consultissimum, ejusdemcum Patre nominis, HENRICUM Rhanen / J. U. D. in Ducatu Brunsvicensi Practicum dexterimum, post Syndicu[m] Helmstadiensem, ac denique Serenissimæ Viduæ Principis Luneburgensis in Winsen agentis Consiliarium gravissimum. *Aviam Paternam Matronam* nobilissimam CATHERINAM Reichen. *Avus Maternus* nascendi felicitate illi contigit Magnificus ac Nobilissimus Dn. CHRISTOPHORUS von der Lippen / Illustrissimi Ducis Curlandiae &c. primùm Consiliarius, paulò post S. Reg. Maj. SOPHIAE Reginæ Daniæ &c. ultimô autem Sac. Reg. Maj. Daniæ, Dn. CHRISTIANI, Regis Daniæ, &c. Christianissimæ memorie Consiliarius intimus & Cancellarius longè meritissimus. *Avia Materna* fuit Matrona honestissima MARGARETA Heermans. *Proavos*, *Proaviasque Paternos* habuit Virum Speciosissimum, suæ Civitatis Neobrandenburgensis Civem, itidem HENRICUM Rahnem / ejusque Conjugem lectissimam MECKEL Baden/ ut & Virum Amplissimum ac Consultissimum, Dn. BARTHOLDUM Reichen / Phil. Magistrum, Acad. Lipsiensis Profess. P. paulò post autem Bononiæ in J. U. D. creatum, ac in patriam reducem, Seren. Duc. Brunsvicensis & Lunæburgensis, Dn. GEORGII Junioris Consiliarium, bis ad S. R. Maj. Poloniæ &c. Legatum, ac tandem Collegii S. Blasii, quod Brunsvigæ fundatum est, Decanum gravissimum; ejusque Conjugem, Fœminam suam

suæ ætate clarissimam CATHARINAM Röniken. Proavos, Pro-  
aviasq; Maternas habuit Dn. HENRICUM von der Lippes/ Ci-  
vem Rostochiensem famigeratissimum, Viri Nob. atq; Am-  
plissimi Dn. BERNHARDI von der Lippes/ Cancellarii Illu-  
strium Comitum Lippensium &c. filium. Proaviam generè  
virtutibusq; ornatisimam ELISABETHAM Gerdes / THO-  
MÆ Gerdes / Consulis olim Rostochiensis Clarissimi filiam  
Denique Virum Integerrimum Dn. JOHANNEM Heerman/  
Civem Rostochiensem, Amplissimi Dn. NICOLAI Hermans  
Senatoris hujus urbis meritissimi filium, & Virtuosissimam  
fœminam WIBKE Grefemans.

Hilice Majoribus ac Parentibus Christianis, optimèque de Republica-  
tum literaria, tum Civilis meritis prognata cum esset, anxiā statim Parentes  
Optimi curam adhibuerunt, uti Christianis Sacris per fontem regenerationis  
initiata, Veræ Ecclesiae mysticique Christi Corporis membrum redderetur.  
Post teneram ætatem in ædibus Paternis, jactis veræ pietatis fundamentis &  
virtutum, quæ fœmineo sexui ornamento sunt, multiplici generi sensim adver-  
scens, usque nubiles ad annos exegit! Quos ubi assequuta fuit, cum non mi-  
nus animi quam corporis dotibus instructissima nulli facile palmam conce-  
suraveretur, procos facile invenire potuit dignissimos; singulari tamen Di-  
vini Numinis providentia ac benignitate factū est, ut sociale cum eā matrimo-  
nii foedas primus inierit ipso 29. die Novēb. A. 1655. Vir Consultissimus & Ex-  
cellentissimus Dn. HIERONYMUS Koch / J. U. D. Eruditione & mira Mo-  
rum suavitate commendatissimus ac nulli non amicissimus. Quæ felicissima  
tam minimè disparis Paris conjunctio, & clarissimarum familiarum affini-  
tas quantam bonis omnibus læticiam conciliārit, nōrunt, qui ardenterissimas  
pro Neogamorum salute preces tum temporis profuderunt. Ac putabatur  
jam KOCHIUS noster Virtutum ac Doctrinæ indies cum ætate incrementa-  
sumens, patriæ pomæriis insertus, ejusdem saluti velificaturus? Alt heu! mis-  
eram vitæ humanae conditionem, constantem in inconstantiâ, & in solâ mutabi-  
litate immutabilem! Solutum est hoc concors quodque faustissimum passim  
omnes deprædicabant conjugium, morte KOCHII nostri elegantissimi, tertio  
post inchoatum Annum 1657 die, relictâ non nisi unicâ patriarchum virtutum  
hærede filiolâ, paucos tamen post genitorem annos, præmaturò fatô, non  
sine ingenti Matri Viduæ cordoliô pariter occumbente. Quantum hæc scis-  
sura dolorem pepererit Beatae nostræ, nemo rectius dijudicabit, quām  
qui

qui conjugalis amoris vim ac teneritudinem ipsam satis expertus est & indicavit uirum hujusmodi vita comitem fatu preceptum sensit. Testata ea est constantem post acerbissima haec suorum funera moerorem viduitatis diuturnitate, ultra quadriennium extensam. Verum cum vigor animi corporisque in juvenili aetate egregius ipsi constaret, ac singulari Dei providentia Vir itidem Consultiss. & Excellentissimus Dn. MARTINUS COLLERUS J. U. D. nunc viduus modestissimus secundis votis omnino destinatus videretur, seque honestissime ab eo ambire ipsa animadverteret, non potuit illa castis ejus desideriis non deferre, unde huic denuo nubens An. 1661. die 28. Aug. Solemni Christianoru ritu juncta fuit; Quo cum tranquillum equidem, Deoque minime displicitum, coeterum breve nec sine iterata cruce matrimonium egit: Ter etenim gravida, ter infelix mater, ter liberos exanimes ingenti moerore enixa est. Et certe vix ulla verior praeatur mortis caussa allegari poterit quam quod toties desiderata vivae prolixi spes eam frustrata fuerit. Suborta enim erat huic nunquam satis laudandae Fœminæ post nuperum eheu! ultimum tristeque puerperium insolita quedam Corporis indispositio, quam moeror animi, latitanque dudum in corpore scorbutica malignitas sensim adeo adauxerat, ut 29. Junii, quo pia Petri Paulique publicè recolebatur memoria, decumbere coacta fuerit. Subesse rum animadvertisimus Febrem, non equidem ardentem valde, coeterum magnitudine Symptomatum (quæ erant anxietas per interralla affligen, inquietudo summa & incorrigibilis, Viriumque magna prostratio) vel initio statim suspectam; Cui malo debellando & corrigendo etsi ipsem ego, in Consilium adhibitus, omnem debitam fide operam impenderim, egregiaque tum ordinata, tum obsequiose assumpta applicataque fuerint medicamenta, plus tamen istud Arte valuit. Unde id animadvertisens Beata nostra, dispositis rebus suis, voluntati Divinae suam plenissimè resignavit, precibusque piissimis animam Deo commendans, post devotissimum Sacrae Cœnae usum, eventum praestolata est, qualem concessura esset Divina benignitas, quem etiam tandem experta est felicissimum, quandoquidem die 7. Julii, instante ferè noctis medio, placidissime ei datum fuit quasi indormire, & ex ærumnosa hac in æternam vitam, faustissimam commutationem transmigrare.

Supereft. Cives honoratissimi, ut in honorem ultimum piissimæ, majoraque abunde merentis Defunctæ, & solarium Vidui, in hac tantam animi ægritudine ejus certe indigentissimi, frequenti comitatu exequias hasce cohonestemus, nostrum simul super lucluosissimò hujus florenissimæ Matronæ obitu dolorem, & erga modestissimum Viduum familiamque amplissimam affectum benevolentissimum contestaturi.

P.P. Sub Sigillo Academix die 14. Julii Anno 1664.











suā etate clarissimam CATHARINĀ  
ariasq; Maternas habuit Dn. HENRI  
vem Rostochiensem famigeratissimi  
plissimi Dn. BERNHARDI von der  
strum Comitum Lippensium &c.  
virtutibusq; ornatisimam ELISABI  
MÆ Gerdes / Consulis olim Rostoc  
Denique Virum Integerrimum Dn.  
Civēm Rostochiensem Amplissimi  
Senatoris hujus urbis meritissimi fili  
fœminam WIBKE Gremans.

Hilce Majoribus ac Parentibus Christian  
tum literaria , tum Civili meritis prognata cum  
Optimi curam adhibuerunt , uti Christianis Sa  
initiata , Veræ Ecclesiaz mysticique Christi C  
Post teneram ætatem in ædibus Paternis , jacti  
virtutum , quæ foemino sexui ornamento sunt  
scens , usque nubiles ad annos exegit ! Quos u  
nius animi quam corporis dotibus instruissi  
suraverideretur , procos facile invenire potuit di  
vini Numinis providentia ac benignitate factū  
nii fœdas primus inierit ipso 29. die Novēb. A.  
cellentissimus Dn. HIERONYMUS Koch / J  
rum suavitate commendatissimus ac nulli non  
tam minime disparis Paris conjunctio , & c  
tas quantum bonis omnibus lœticiam concilia  
pro Neogamorum salute preces tum tempor  
jam KOCHIUS noster Virtutum ac Doctrinae  
sumens , patriæ pomæriis insertus , ejusdem salu  
ram vitæ humana conditionem , constantem i  
litate immutabilem ! Solutum est hoc concord  
omnes deprædicabant conjugium , morte KO  
post inchoatum Annum 1657 die , relictâ non  
hærede filiolâ , paucos tamen post genitorem  
sine ingenti Matri Viduæ cordoliò pariter oc  
sura dolorem pepererit Beatæ nostræ , ne




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 012

the scale towards document

Proavos , Pre  
er Lippes / Ci  
ob. atq; Am  
cellarii Illu  
biam genere  
rdes / THO  
issimi filiam  
EM Heerman /  
AI Heermans  
tuosissimam

de Republica  
statim Parentes  
regenerationis  
rum redderetur .  
fundamentis &  
eri sensim adsever  
it , cum non mi  
palmam conce  
gulari tamen Di  
um eà matrimo  
ultissimus & Ex  
one & mira Mo  
Quæ felicissima  
amiliarum affini  
ui ardenterissimas  
t. Ac putabatur  
ate incrementa  
? Ait heu ! mise  
& in solâ mutabi  
stissimum passim  
gantissimi , tertio  
arum virtutum  
aturō fatō , non  
quantum hæc scis  
dicabit , quæ  
qui